
Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

No 544.



M. Tuscher fecit

BIBLIOTH. HAFNIENSIS

= L N 1247

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

1

TRACTATVS BREVIS DE ARTICVLO PRÆDESTINATIONIS CONSCRIPTVS

deſtinationis con-
ſcriptus à

Nico: Pall:

M. D. Liiii.

Matth: xi

Gratias ago tibi Pater Domine cœli et terræ, quod abſconderis hæc a ſapientibus et prudentibus, et reuelaris ea paruulis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

Petrus Palladius
pio lectori S.

CVm hæc oratio veritatis / in articulo ſatis obſcuro / ſit ſimplex & perſpicua / tibi debet / optime Lector / eſſe commendata. Legis Act. .13. Et crediderunt / quotquot erant præordinati ad vitam æternã. Ergo patet a conſequenti / ad antecedens / quod pdeſtinati ſunt ad vitã æternã / qui credũt in Chriſtum / & Chriſtus eſt illuſtriſſimũ Prædeſtinationis exemplũ / Deus enim elegit nos / ante mundi conſtitutionem / et prædeſtinauit nos / in adoptionẽ filiorũ / per Ieſum Chriſtum. Ephe: 1. Et igitur fides / vt Bernardus inquit / tranſitus ab æterna prædeſtinatione / ad futurã gloriã / et duo ſunt quæ præcipue nos certificant de prædeſtinatione / Vocatio externa et fides / quæ eſt quaſi ſigillum certũ prædeſtinationis. In Chriſto pie Lector vale.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

IN gratiam miniſtro-
rum qui Schanicis
Eccleſiis in verbo
Dei præſunt quorū
(licet indignus) mini-
ſter conſtitutus ſū/nō
grauabor ex gratia Dei nonnihil de
articulo Prædeſtinatiōis breuiter loquī
Nam inueniuntur non pauci verbi diui-
ni præcones/ qui pro concione multa/
tamen minime cohærentia/ de hoc arti-
culo proclamant/ interim relinquentes
auditores in incertitudine/ an electi ſint
ad vitam æternam/ vel reiecti a Deo
in æternos cruciatus. Innumerabiliū
enim hominum conſcientiæ vehementer
anguntur/ cum audiunt Deū ſuos ab
æterno elegiſſe/ hæſitantes num et ipſi
electi ſint/ac ſe ſupra modum torquent/
quod(cum omnes homines ſint ſua na-
tura ex æquo peccatores) Deus ali-
quos ad æternam vitā eligit/et aliquos
ad æternam damnationem reiicit/ Hinc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

lla horribiles multorum voces oriuntur/ Siue bene ſiue male vixero/ ſi electus ſum ſaluus ero/ ſi non/damnabor/ Summa igitur prudentia et reuerentia/tantum ex ſacræ ſcripturæ oraculis/ſine ratione aut imaginatione humana/omnes pios verbi miniſtros/hoc myſterium a ſeculo abſconditum tractare oportet/ ad gloriam Dei ſempiternam et ſalutem Eccleſiæ.

In huius autem articuli explicatione quatuor ordine tractabo.

Primum/neceſſaria eſt explicatio quorundā vocabulorū/quæ in declaratione huius articuli concurrunt.

Deinde neceſſe eſt ſcire aliquot regulas/ſine quibus ſermo de prædeſtinatione prorſus obſcurus eſt.

Tertio dicendum eſt de precipua cauſſa et origine electionis humanæ/et

vnde

Vnde certitudinem habeat pius, ſe eſſe in numero electorum Dei.

Quarto. Quæ ſit reprobationis, indurationis, et cæcitatis humanæ cauſſa.

I

De Vocabulorum
explicatione

SAcra ſcriptura et .S. Patres, præcipue Auguſt: docent quinque Deo ineſſe, quæ ſpectant ad ipſius diuinam omnipotentiam, ſapientiam, iuſtitiam, et miſericordiam, ſcilicet

1 Prouidentiam
2 Præſcientiam
3 Prædeſtinationem
4 Librum vitæ
5 Reprobationem.

De Prouidentia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

PRouidentia eſt intellectus Diuinæ mentis ſapienter ordinantis et conſeruantis omnes res ad proprium finem, ad quem ſingulæ creaturæ conditæ ſunt, deinde ad vltimum finem ſcilicet gloriam ſuam. Exemplum habemus in creaturis. Sol ex æterna prouidentia Dei propter duas precipue cauſſas conditus eſt, Primum vt lucem præbeat animantibus, Secundo, vt ſuo calore, accedente pluuia, terram foueat, vt herbas et gramina producat, Gramina autem condita ſunt propter pecora, Pecora propter hominem, Homo autem ad illum finem, vt Deum in creaturis glorificet, conditus eſt. Nam omnia creata ſunt propter hominem, Homo autem propter Deum. Experimur etiam quam mirabilis conſenſus ſit ſuperiorum et inferiorum corporum, Et quomodo prudenti conſilio et prouidentia Diuina, motus cœleſtes, certas vices Æſtatis et Hyemis ad

vtilita

Vtilitatem diuentium efficiunt/ Item Quam mirabilis ſit in corporibus humanis ſingularum partium diſtributio/ Et quomodo homo præditus ſit intellectu/ mente/ memoria/ cogitatione/ ac numerare / et loqui poteſt / Nec exiguum eſt quoq; prouidentiæ diuinæ ſignum/quod ſimilia ex ſimilibus generantur / et non promiſcue alia ex aliis.

Ita videmus cauſſas finales rerum/ quod ſingula mirabili Dei conſilio valde diſpoſite et ordinate/ ad aliquam vtilitatem condita ſunt. Quemadmodum artifex habet in ſua mente intellectum/quomodo velit prudenter vti omnibus ſuis inſtrumentis ad vltimum finem / ſcilicet ad commodum aliorum et proprium lucrum/ Sic Deus ſapienter omnes res ordinat ad illum finem vt homines intellectu præditi illis vtantur et in creaturis celebrent creatorem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

❧ Hoc modo quoque Deus ex
ſua æterna prouidentia lapſo generi hu-
mano conſtituit et ordinauit æternum
filium redemptorem/ illa intentione vt
hominem auulſum a Deo per pecca-
tum/ reduceret ad vltimum finem/ ad
quem ipſum condidit/ videlicet homini
in ſalutem/ et ſibi in gloriam et laudem
æternam/ Tu Pater gubernas omnia
prouidentia/ Deus enim in ſua mente
optime intellexit quod oporteret æternã
1 eſſe perſonam/vt pro æternis pœnis ſa-
2 tisfaceret. Secundo Omnipotentem/
vt Sathanam compeſceret/et ipſius ca-
3 put contereret. Tertio/ Innocentiſ-
ſimam/ vt pro peccatoribus ſatisfacere
4 poſſet. Quarto/ Perſonam chariſſimã
et filium Dei eſſe oportuit/ vt Deum
offenſum placare poſſet. Nam Deus
(poſtquã nulla eſſet in vllo mortali ſa-
lus) ex æterna ſua prouidentia voluit
filium ſuũ pro nobis aſſumere cauſſam
noſtram tanquam ſuam/ vt tanquam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

Dominus pro ſeruo/ſponſus pro ſponſa bellum aſſumeret. Et tanquam caput pro membris pugnaret / et eſſet redemptor et aduocatus noſter qui tolleret cauſſam diſſidii (ſcz ipſum peccatum) inter diſſentientes partes/ſcz Deum et hominem/ In ſumma Deus donauit nobis ſuum filium/ vt is eſſet noſtra ſapientia/ iuſticia/ ſanctificatio et redemptio.

De Præſcientia.

PRæſcientia eſt clara cognitio mentis diuinæ/ qua præcognoſcit omnia priuſquam fiunt. Futurorum enim ſcientia ſoli Deo cõpetit/ et quæ nobis ſunt præterita et futura/Deo ſunt præſentia. Nã omnia Angelis et Hominibus abſcondita/ illi nota patent . Et non tantum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

præſciuit ab æterno bona/quæ ventura
eſſent per ipſum. Sed etiam mala quæ
eſſent ventura per Sathanam. Et hoc
modo præuidit lapſum Angelorum et
Hominum. Neminem tamen ſua præ-
ſcientia ad peccandum cogit/ ſed nouit
tantum eos qui propria voluntate pec-
cabunt / præſciuit enim nos (teſte Au-
guſt :) eius Diuinitas / ſapientia cō-
didit/ iuſticia damnauit/ gratia libe-
rauit/ Antequam faceret nos/præſciuit
nos. Et in ipſa præſcientia/ cum non
dum nos creaſſet/ elegit/ Sic Paulus
ait ad Rom: Quos pſciuit hos pde-
ſtinauit. Item II. Cap: Nunquid
Deus repulit populū ſuū quem pſci-
uit ? Idcirco in mente diuina pſcientia
pdeſtinationē pcedit/ Et etiamſi pſcit
homines peccaturos/ tamen non ap-
probat peccatum/ quia ſi
approbaret/pro peccatis
homines non pu-
niret.

De

De Prædeſtinatione.

PRædeſtinatio eſt conſilium diuinæ mentis / quo per verbum et merita ſui filii ordinat intellectualem creaturam ad ſalutem et vitam æternam. Nam prædeſtinatio reſpicit tantum rationalem creaturam Angelos et homines. Item non omnes homines reſpicit / ſed tantum a Deo electos et iuſtificatos. Item / non reſpicit mala et perditionem hominum / ſed omnes effectus prædeſtinationis ſunt boni / ſcꝫ ſalus et vita / Nam Deus non prædeſtinat aut vocat intellectualem creaturã / ad dãnationem / ſed ad æternã gloriam. Præſciuit enim vt prædeſtinaret / prædeſtinauit vt vocaret / vocauit vt iuſtificaret / iuſtificauit vt glorificaret. Eſa; 4. Oculus non vidit Deus abſque te / quæ ꝑparaſti expectantibus te / Verũ quos Deus ad vitam non ꝓdeſtinauit

ſtinauit

ſtinauit / illos ad interitum p̄ſciuit / vt iuſtam peccatorū punitionē conſequerētur. Eſau & Jacob pares fuerunt quātum ad peccati maſſam attinet / igitur ſuo iuſto iudicio Deus poterat abiicere vtrūqꝫ / quia vterqꝫ dignus erat odio & filius iræ / ſed quia Deus / cui omnia futura patent / p̄ſciuit Jacob fore pium & fidelem / ideo diligit eum / & hoc debet acceptū referre miſericordiæ Dei gratuitæ / Quod autem abiicitur Eſau fit propter peccatum originis / et quia Deus p̄uidit eum fore malum & incredulū / & id fit iuſto Dei iudicio / Ambo nihil boni meruerunt / ſed habet Figulus luti poteſtatem ex eadem maſſa facere aliud vas in honorem / aliud in contumeliam. Rom: 9.

Quando duorum latronum vita eſt in poteſtate iudicis / nulla fit iniuria ei qui afficitur vltimo ſupplitio / quod alteri ex gratia condonatur. Eodem modo Deus non ideo iniuſte facit quod

aliquam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

aliquam partem generis humani in filio ſuo ad vitam ex gratia prędeſtinat/ Et aliquã partem permittit talem manere/ qualis ſua natura eſt. Nam omnes peccauerunt.

De Libro vitæ.

HVnc Librum metaphorice/ etiam affirmat Scriptura in Deo eſſe/ vt Pſalmo 68. vbi Dauid contra impios orat / dicens. Dele illos de libro Viuentiũ ne cũ iuſtis ſcribantur/ Moſes Exo: 32. Dele me de libro quem ſcripſiſti. Philip: 4. Quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ & in Apocal: fit frequens huius Libri mentio.

❧ Eſt autem hic Liber vitæ certa noticia in mente diuina de electis & prędeſtinatis ad vitam æternam. Nouit enim Deus in ſua mente omnia ſui filii membra priuſquã eſſent / vt affir-

mat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

mat Paulus 2. Timoth: 2. Solidū fundamentum Dei ſtat habens ſignaculum hoc / Nouit Dominus qui ſunt ſui.

Hac ergo noticia Dei certa / qua nouit omnes electos / vocatur liber Vitæ. Sicuti in libro Ciuitatis omnia ciuium nomina ſcripta ſunt / ita Deus in ſua mente videt & cognoſcit ac nominatim vocare poteſt omnes ſuos electos.

De Reprobatione.

Reprobatio eſt iuſtum conſilium / ſiue decretum Dei / quo excludit ac reiicit a participatione beneficiorum gratiæ omnes / homines et Angelos ſe et ſuum filium contemnentes et voluntati Dei in cauſſa ſalutis pertinaciter repugnantes. Id Deus facit iuſto ſuo iudicio / quo omnes ſe contemnentes viciſſim cōtemnit & a ſe repellit / & agentes

& agentes pœnitentiam in gratiam rece-
pit/Amen dico vobis (inquit Chri-
ſtus) quod nemo virorum illorum qui
vocati erant/guſtabit cœnam meam/
Item/qui non credit in filium/ira Dei
manet ſuper eum.

Pharao in ipſis flagellis durior
eſt effectus/& quia hoc modo repugna-
uit contumaciter diuinæ voluntati/vo-
canti eum ad pœnitentiam/ideo iuſte re-
iectus eſt a Deo/& periit/

Nabugodonoſor autem flagella-
tus/poſt multas impietates pœnituit/
& regnum quod perdiderat/recepit/Ita
vnus manū Dei ſentiens ingemuit re-
cordatione ſuæ impietatis/et receptus
eſt/alter etiam caſtigatus libera volū-
tate contra miſericordiam pug-
nauit/& iuſte repro-
batus eſt.

De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

De Regulis quæ hunc articulum declarant.

Prima

QVod Deus nequaquã ſit authoꝛ peccati nec velit peccatum / aut vllius perditionem / vt in Pſal: 5 Non Deus volens iniquitatem tu es / et Oſea 3. Perditio tua ex te eſt Iſrael. Gen: 1. / Vidit Deus cuncta quæ fecerat etc. Judas propria volũtate effudit ſpiritum ſanctumꝗ noluit parere admonitionibus Chriſti.

Secunda

❧ Quod non ſit iudicandum de hoc articulo ex ratione ꝗ ſapientia humana / ſed tantum ex verbo Dei. Rom: 10. Ne dixeris in corde tuo / quis aſcendit in cœlum etc. Sed pꝛope te eſt verbũ in ore ꝗ in corde tuo / Itẽ / Joan: 1. Deum nemo vidit vnquam / ſed Filius qui eſt in ſinu Patris ipſe enarrauit nobis.

Tertia

Tertia.

❧ Promiſſiones gratiæ ſunt Vniuerſales & Deus neminem a numero ſaluandorum excludit / niſi illos qui ſeipſos ſua perfidia excludunt.

❧ Vult enim Deus omnes ſaluos fieri, & ad ſui agnitionẽ peruenire. Act. 10.

❧ Concluſit Deus omnes ſub peccatum, vt omnium miſereatur. Rom. 11.

Venite ad me omnes qui labo: etc. Ioan. 11.
Nullum ad ſe venientem vnquam reiecit / Viuo ego / nolo mortem etc.

❧ Certiſſime enim iuxta ſuas promiſſiones recepit credentes in filium, Et ſinit ruere in æternam mortem filium ſuum aſpernantes / Ideo aduerſus imaginationes de particularitate agnoſcamus promiſſiones gratiæ eſſe vniuerſales / & neminem excludere p̃ter illos qui non credunt ꝑmiſſiones diuinas ad ſe pertinere. Quomodo quæſo poſſet aliquis credere ſibi dari remiſſionem peccatorũ & vitã æternam /

B cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

cũ dubitat ꝓmiſſionẽ ad ſe ꝑtinere ⁊ etc.

Quarta

❧ Non eſt quærenda alta cauſſa electionis/ quã iuſtificationis. Sed quẽadmodũ iuſtificamur/ ita quoqꝫ eligimur ad vitã æternam/ Iuſtificamur Roma. 3. autem gratis ex gratia Dei per fidẽ in Chriſtum/ Sic quoqꝫ per fidem in Chriſtũ eligimur ad vitã æternam. Nõ quia fides eſt opus aliquod noſtrum/ ſed ideo quia includit in ſe filiũ Dei/ ſicut annulus gemmam comprehendit.

Quinta

❧ Quod iudicandũ ſit de electione non a priori/ ſed a poſteriori/ vt nõ cogites. Si Deus me ante conſtitutionẽ mundi elegit/ ſum electus/ ſin minus/ reiectus ſum/ ſed ſic cogites/ Deus in Filio elegit ac p̄deſtinauit homines ad æternã vitam. Ego autem eundẽ fide apprehendo/ & non reſpuo/ igitur ego p̄deſtinatus ſum ad æternam Ephe: 1. vitã. Elegit enim nos in ipſo antequã iacerentur fundamẽta mundi/ Ergo qui

iam

iam in ipſum credit / is ſaluus eſt.
Quotquot enim receperunt eū dedit eis poteſtatē filios Dei fieri / his qui credunt in nomen eius. Totus numer9 ſaluandorū propter Chriſtū electus eſt & ſine illo nemo ex toto humano genere p̄deſtinatus eſt ad vitam. Joan. 1.

❧ Has regulas qui ignorat toto coelo in hui9 articuli tractatione errat / neq; ſeipſum / neque aliorū animos de hoc articulo confirmare poteſt.

III
De Cauſſa Electionis Humanæ.

CAuſſa p̄cipua & origo humanæ electionis & ſalutis / eſt ſola gratuita miſericordia in volūtate Dei / Quia poſtquā p̄uidit noſtrū æternū interitū / cū adhuc nihil eramus / miſertus eſt noſtri / & ex miſericordia voluit ex genere humano propter filium eligere ſibi æternā Eccleſiā. Id teſtimonia ex Sacris ſcripturis teſtantur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

Exo 33. Rom 6. Miſereor cuius miſereor, & miſericordiã
pſtabo cui miſerebor, igitur nõ eſt vo-
lentis, neq; currentis ſed miſerentis
Dei.

Tit. 3. Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus
nos, ſed ſecundũ ſuã miſericordiã nos
ſaluos fecit.

Ephe. 2. Gratis ſaluati eſtis per fidẽ, & hoc
non ex vobis ne quis glorietur, Dei
enim donum eſt etc. Non vos
Ioan 15. me elegiſtis, ſed ego elegi vos.

Sic ſuprema & ſola cauſſa electionis
eſt gratuita æterni Dei miſericordia, ne
quis de ſuis meritis & dignitate coram
eo glorietur. Nihil enim reſpicit aut
amat in eis quos elegit, niſi ſuũ donũ,
miſericordiam, & filiũ mediatorem.

Quæritur autẽ quomodo elegerit nos ante mundũ conditũ, qui non dum creati eramus.

Sciendum

Sciendum igitur eſt Deum, cui ab
æterno in omnẽ æternitatem omnia
patent nota, & ſemper in cõſpectu ſunt,
vidiſſe hominẽ, vbi conditus foret, ſibi
conditori fore inobedientẽ, & ideo ini-
turum in dãnationẽ & mortem, & amiſ-
ſurũ inmortalitatẽ, ac imaginẽ Dei, æ-
terna & cœleſtia bona, quibus Deus
ipſum eſſet ornaturus. Contra hoc in-
gens malum & vulnus humani generis
quod erat a Diabolo, & primis pecca-
toribus accepturũ, paratus iam longe
ante, remedium omnium preſentiſſimũ,
nempe hac ineffabili & in omnem æterni-
tatem ſanctis Angelis, admirãdo de-
creto ſtatuit, vt genus humanũ, quod
ad imaginẽ Dei & immortalitatẽ cõdere
decreuerat benignus Deus, per ſuum
dilectum Filium redimeretur, ac ad il-
lum finem ad quem conditum erat re-
duceretur, vt ſicuti per vnum hominem Rom: 5.
Adam peccatũ in mundũ ingreſſurũ, &
per peccatũ mors omnes homines erat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

inuaſura / Ita & per vnū hominē Je-
ſum Chriſtū fieret inſtauratio & repa-
ratio vita / immortalitatis / & innocen-
tia / Tantus erat amor Dei erga ho-
minē adhuc creandū / vt priuſquā cō-
ditus / lapſus / & per peccatū mortuus
eſſet / pararet ei vita ac recōciliationis
remediū æternū filiū ſuū / Sicuti hunc
amorem pdicat Chriſtus Joan: 3. Sic
Deus dilexit mundum etc.

Hoc admirandū decretū factū eſt
ante mundū conditū in æterno concilio
habito a Deo Patre / Filio / & ſpiritu
Sancto / non dum exiſtentibus Ange-
lis / aut vlla creatura / in quo decreto
ſimul et hoc comprehenſum eſt quod ſi-
cuti Filiū voluit aſſumere humanam
naturā / ita voluit quoque ei adiungere
æternā hæreditatē vt Pſal: 15. dicitur /
Hæreditas mea pclara eſt mihi. Quia
autem illi tantū ſunt hæreditas Chriſti
qui promiſſionē de eodē filio Dei am-
plectuntur / ideo edita eſt promiſſio /
primū

primū in Paradiſo/ Vt & Adam/ & tota eius poſteritas pmiſſione & ſpe futuri liberatoris contra terrorē iræ Dei/ peccati / mortis & contra diaboli veteris ſerpentis morſus & ignita tela ſeſe ſuſtentaret/ Ipſū ſemē Conteret caput ſerpentis /Hæc promiſſio ad omnē Adæ poſteritatē pertinet/ in qua / qui confidunt / ex miſericordia ab æterno electi ſunt. Ita et altera promiſſio Abrahæ facta generalis eſt / ad omnes homines pertinens. In ſemine tuo benedicentur. etc.

Atque ne patefactio huius arcani conſilii Dei intercideret et obliteraretur/ eligitur certus populus cui datur Circumciſio /Lex /dantur certi ritus et ceremoniæ commonefactiones et ſigna promiſſionū de venturo liberatore /quæ patribus erant factæ/ Vt in hoc populo doctrina et patefactio de ſemine mulieris cōſeruaretur vſque ad præfinitū tēpus ipſius aduētus. At vbi plenitudo

temporis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

tẽporis venit/ & liberatio ac recõcilia-
tio/quæ ante mundũ ſtatuta & decreta
eſſent/per mortem & reſurrectionẽ Filii
Dei/ facta et impleta eſt/ non vult di-
uina bonitas hoc ingens beneficiũ ſuũ
manere tectũ et abſconditũ / aut p̄dica-
ri tantũ in Judaico populo. Sed iubet
voce Euangelii proponi omnibus / et
ſpargi in omnes gentes per totũ terrarũ
orbem/ Sicut ſonat mandatũ. Ite in
mundum vniuerſum. etc.

Eſt igitur vna et certa Eccleſia Dei
in mũdo electa ab æterno propter filiũ/
ex mera gratuita Dei miſericordia/quã
hodie per vocem Euãgelii vocat/ ſanc-
tificat/ et gubernat/ ab ea nemo ſe ſuis
imaginationibus ſegregare debet. Sed
ſciat immotã et immutabilẽ Dei ſentẽ-
tiã eſſe / quod qui credit in filiũ habet
vitã æternam. Ipſe enim eſt propicia-
tio pro peccatis noſtris / non pro no-
ſtris autem tantum/ſed etiam pro to-
tius mundi / Cupit benignus Pater

neminẽ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

Neminẽ perire ſed omnes ſaluos fieri/
Hæc eſt volũtas Patris vt credatis in
eũ quẽ miſit / Sic prima origo & cauſſa
electionis eſt ſola miſericordia Dei/ pp-
ter Filiũ recipiens eos/ qui hunc Filiũ
amplectũtur. Nã Deus habuit ab æ-
terno apud ſe propoſitũ/ ortũ ex miſeri-
cordia & libera ipſius volũtate/ vt ſe- Rom. 9.
cũdũ electionẽ propoſitũ Dei maneret/
ex illo propoſito elegit in filio aliquam
partem generis humani/ Quos elegit
per Euãgeliũ vocat/ quos vocat/ per
gratiã iuſtificat/ id eſt/ a peccatis abſol-
uit/ quos iuſtificat/ per fidem et ſang-
uinem Chriſti purificat/ quos purificat/
per ſpiritũ Sanctũ ſanctificat/ ac in fi-
de et noua obedientia ad finem conſer-
uat/ Hos quos ſic eligit/ vocat/ iuſti-
ficat etc. glorificat ſecum ac cũ omni-
bus Angelis in æterna vita/ Venite
benedicti Patris mei et poſſidete regnũ
quod paratũ eſt vobis/ non ait/ quod
vos ipſi paraſtis. Item non benedixi-

ſtis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

ſtis vobiſmetipſis/ ſed eſtis benedicti a Patre meo etc. Item Deus pdeſtinauit nos in adoptionem filioꝝ per
Ephe: 1. Ieſū Chriſtū/ ſecundū beneplacitum voluntatis ſuæ etc.

Vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in Vaſa miſericordiæ/quæ ipſe pparauit in gloriam ſuam.

Ecce habes originē electionis/ ſalutis/ac gloriæ humanæ.

IIII

Vnde Certitudinē habeat pius/ ſe eſſe in numero Electorum Dei.

AVdio Solā miſericordiā eſſe cauſſā Electionis/ & quod Deus cuius vult miſeretur etc. Et magnā quoque hominū multitudinē reiicit/ Quis nouit vtrū ego miſer & pollutus peccator ſum electus nec ne? etc. Hæc tentatio non paucos homines cruciat.

Aliquot

Aliquot igitur rationes adducã, ex qui-
bus de voluntate Dei / & noſtri electio-
ne certo ſtatuere poſſimus.

Prima ratio ſumitur ab ipſa recõ-
ciliationis ac redẽptionis patefactione/
in qua cõprehenſũ eſt non certos tantũ
quoſdã amicos ſed & hoſtes Dei/ morte
et victima vnigeniti ſui Dei æterno
Patri fore reconciliandos. Sicuti
Rom. 5 dicitur/ Si cũ inimici eſſem9/
reconciliati ſumus Deo per mortem fi-
lii eius / multo magis reconciliati ſer-
uabimur per vitam ipſi9. Ioan. 3. Vt
omnis qui credit in eum non pereat ſed
habeat vitã æternã. Qui credit in eũ
non iudicatur/ qui autẽ non credit iam
iudicatus eſt etc. Quãdo igitur credis
ſermoni recõciliationis patefacto/ quod
fili9 ſit pro te paſſus et mortu9/ tũc certo
ſtatuas te eſſe in numero electorũ Dei/
Quia in illo vnico te ante mundi cõ-
ſtitutionẽ elegit. Nõ potes autẽ credere
ſine verbo/ iuxta illud. Fides ex auditu
eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

eſt etc. Ne igitur habeas ignorātiæ ex-
cuſationē/ te per verbū ad fidē in Chri-
ſtū vocat. Si autē iuxta verbū/ Deo
mōſtrāti tibi ſalutē obtemperas/ & fidē
cōſecut⁹ es/ habes certiſſimū ſignū te
eſſe ſaluū et ꝑdeſtinatū ad vitā æternā.
Nihil enim damnationis his qui inſiti
ſunt Jeſu Chriſto.

Secūda ratio ſumitur inde/ quod
promiſſiones diuinæ de ſalute noſtra ſūt
vniuerſales/ ſicuti plurimæ ſententiæ te-
ſtantur quarū aliquot pri⁹ recenſui/ & cō-
pleto opere recōciliationis per filiū Dei
mādatur Apoſtolis/ vt ſermonē & doc-
trinā de recōciliatione circūferant per to-
tū terrarū orbē vt omnes huic creden-
tes ſalui fiant. Et ſicuti ꝓmiſſiones ſūt
vniuerſales/ ita & obſeruandum eſt eſſe
gratuitas/ et omnibus promitti remiſſi-
onē peccatorū ac vitā æternā nō ꝓpter
ſua merita/ aut dignitatem ſed propter
Chriſtū. Et non eſt volūtas Dei vt a-
liquis ſeſe ex vniuerſalib⁹ promiſſioni-

bus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

bus excludat/ quod ſi fecerit et inutiles
ſunt. Sed quãdo includit ſuã perſonã in
promiſſionib9 diuinis/ et ſtatuit ad ſe
quoqz ꝑtinere/ tunc certo ſciat ſe eſſe v-
nũ ex membris veræ Eccleſiæ/ et elec-
tũ ad vitã æternã. Nõ vult nos inqui-
rere arcanã volũtatẽ de ipſi9 ꝓſcientia/
aut prædeſtinatiõe/ qua ante mundũ cõ-
ditũ quoſdã elegerat/ de hac/ abiecto
verbo/ valde ſcrutari/ et demẽtia et im-
pietas ſũma eſt. Sed verbo ſuo ſe alliga-
uit/ et iuxta illud tibi iudicandũ eſt/
verbũ autẽ dicit/ quod omnis qui fidit
illi non pudefiet/ et quicunqz inuocaue-
rit nomẽ Domini ſalu9 erit. Itẽ/ Qui
credit in filiũ habet vitã æternã/ Crede
ergo tu quoqz cũ aliis fidelibus in filiũ
et vere habebis vitã æternã/ Si autem
velles dubitare de tua electione et ſalu-
te arguis Deũ mẽdacii in ſuo verbo.
Qui non credit Deo mẽdacẽ facit eũ
i. Iohan: .v. Et ſumma blaſphæmia
eſt contẽnere vocẽ de cœlo ſonantẽ. Hũc
audite/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

audite. Huic filiũ ſuſcipere iubet et promittit propter illũ ſe nos velle ſaluare. Ob illã etiã Cauſſã inſtituit publicũ verbi miniſterium, vt te ex morte ad vitã vocaret. Sunt igitur promiſſiones diuinæ vniuerſales, in his tuã perſonã include tunc certꝰ eris de tua electione.

Tertia ratio eſt præceptũ & ſeriũ mandatũ patris de cœlo ſonantis, vt credamꝰ Filio patefacienti nobis ſuam voluntatẽ, cũ inquit, Hic eſt filius meus dilectus hunc audite. Huiꝰ autẽ filii hæc eſt vox & concio. Qui crediderit & baptizatus fuerit ſalꝰ erit, qui vero non crediderit cõdemnabitur, qui credit filio habet vitã æternã, qui vero nõ credit Filio ira Dei manet ſuper eũ. Hunc Filiũ cõcionantẽ & reuelantẽ mihi arcanam voluntatem Patris de mea electione, mandatum eſt mihi vt audiam et illi credam, quem quando audio et eius verbis credo habeo certiſſimum

ſignum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

ſignum me eſſe p̄deſtinatū ad vitā æter-
nam/ Non vult vt extra ipſius verbū
aliquid quærā de voluntate Patris erga
me. ſicuti inquit. Nemo venit ad Pa-
trē/ niſi per me/ Et vnigenitus Filius
qui eſt in ſinu Patris ipſe enarrauit no-
bis/ Sūma blaſphemia eſt contemnere
vocem ſonantem de cœlo/ p̄cipientē au-
dire filiū Dei/ reuelantē nobis myſteria
a ſeculis abſcondita.

Quarta ratio cōfirmās ac certos
nos faciens/ quod ſimus electi et filii
Dei/ eſt ipſe ſpiritus ſanctus/ qui teſti-
moniū fert ſpiritui noſtro quod ſimus
filii Dei Rom: 8. Item effundam
ſuper domum Dauid et habitatores
Hieruſalē ſpiritū gratiæ et precū/ ideſt
Spiritū certificantē nos/ quod reuera
ſim9 in gratia Dei/ Cū igitur ex ver-
bo accedente ſpiritu ſancto/ ſentis no-
uos motus et te diligi a Deo/ habes
pacē conſcientiæ et gaudium in ſpiritu
Sancto: Et ſæpe pœnitentiā agis/ ac

veniam

veniam a Deo petis/ habes apud te
certiſſimũ ſignũ te eſſe in gratia Dei
et ad vitã æternã electũ/ Nam ſi ſpiritꝰ
Sanctꝰ nõ eſſet efficax in te/ informãs
te de gratia Dei/ tũc in corde orirentur
pauor/impaciẽtia/fremitꝰ aduerſꝰ Deũ/
deſperatio/ odium Dei/ et eſſes hoſtis
manifeſtꝰ ſanæ doctrinæ/ qualis hodie
eſt maxima pars Turcarũ/Papiſtaꝝ
et Iudeoꝝ. Quãdo cunqꝫ ergo de præ-
deſtinatione obrepunt cogitationes/no-
li tuis imaginationibꝰ obtemperare /
non exiſtimes hæc arcana Dei vlla
humana ratione aut ſapientia inquiri
poſſe/ et contineas te intra ſepta verbi
et Euãgelii. Veniãt in mentem quod
promiſſiones ſunt vniuerſales/ et ſicuti
omnes ad pœnitentiã et agnitionẽ Dei
vocantur/ ita te quoqꝫ vocari ſtatuas
Et ſicuti omnibꝰ gratis propter Chri-
ſtum/ſine dignitatis aut meritoꝝ no-
ſtroꝝ reſpectu offertur remiſſio peccato-
rũ/ita et hæc dona tibi quãtũuis magno

peccatori

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

peccatori offert. Præterea cogita hoc ip-
ſum verbũ Euãgelii eſſe potentiã Dei
ad ſalutem omni credẽti ꝗ idẽ cũ ſacra-
mentis eſſe inſtrumẽtũ/per quod Deus
in credentibus ſit efficax/donãs ſpiritũ
ſanctũ/remiſſionem peccatorꝝ ꝗ vitam æ-
ternam / ac colligens ſibi in mundo
æternã Eccleſiã/ cuiꝰ mẽbrũ per fidem
in Chriſtũ te quoqꝫ eſſe certiſſime ſta-
tuere oportet/ quod ſi feceris experieris
in nouiſſimo die te fuiſſe et eſſe pdeſti-
natũ ad vitã æternã / ꝗ non fruſtra ap-
prehendiſſe diuinas promiſſiones et fi-
duciã in filiũ Dei/ pro te mortuũ et re-
ſuſcitatũ/ collocaſſe.

V
De Cauſſis Induratio-
nis cæcitatis ꝗ perditionis
hominum.

QVãquã promiſſiones diuinæ ſunt
vniuerſales/ Et quantum ad vo-

 luntat-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

luntate Dei attinet vellet omnes homines ſaluos fieri, tamē maxima pars hūani generis, eſt excæcata, indurata et perit, neceſſariū itaqȝ et vtile eſt, ſcire quæ ſint præcipuæ cauſſæ perditionis humanæ.

Prima cauſſa eſt obdurata malitia reproborū hominū, quod nō ſinunt ſe regi verbo Dei, ſed cum delectatione ſequūtur ſuæ peruerſæ naturæ deſiderium. De illa cauſſa habetur Sap: 2. Sua ipſorū malitia excæcauit illos. Eſa: 59. Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos et Deū veſtrū. Et peccata veſtra abſconderunt faciē eius a vobis. Sopho: 1. Ambulabant vt cæci quia Domino peccauerūt. Joan: 3. Hæc eſt cōdēnatio mūdi, quod lux venit in mundū et homines dilexerūt magis tenebras quā lucem, quia opera ipſorū erant mala.

Hæc teſtimonia primam cauſſam perditionis humanæ oſtendunt, quod ſit

perſeue-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

perſeuerare in propria et voluntaria ma-
litia contra mādatū Dei ſine pœniten-
tia/ atq; huiꝰ malitiæ cœcitati maxi-
me obnoxii ſūt/ Cyclopes/ Epicuræi/
tyranni/ Heluones/ ſcortatores/ et adu-
lteri perſeuerantes ſine pœnitentia in
ſuis delictis/ amittunt lucem Euāgelii/
ſpiritū Sanctū/ fidē/ fiunt cœci/ et tā-
dem ruunt in æternā mortem. Nolite
(inquit Chriſtꝰ) proiicere Margaritas
ante porcos/ et nolite ſanctū dare cani-
bus.

Secūda eſt ſpiritualis arrogātiæ
admiratio & cōfidentia propriæ ſapiētiæ
aberrātis a vero Deo & verbo ipſius/ et
ruentis in tenebras et cœcitatē/ de hac
loquitur Paul: Rom: i. Cum Deū
cognouiſſent nō ſicuti Deū glorificaue-
runt/ nec grati illi fuerūt/ ſed euanue-
runt in cogitationibus ſuis/ et obſcura-
tū eſt inſipiens cor eorū/ et cū putarent
ſe ſapientes ſtulti facti ſunt/ Illū enim
quē ignorare nō potuerūt/ ignorare vo-

Matth: xi: fuerunt. Et Chriſtus agit gratias ſuo
Patri/ quod abſconderit hæc a ſapien-
tibus et prudentibus et reuelarit ea par-
uulis. Item i. Cor: i. Nõne infa-
i. Cor, i. tuauit Deus ſapiẽtiam huius mũdi ?
poſtquã nõ cognouit mundus per ſapi-
entiam Deũ/ placuit Deo per ſtultam
prædicationẽ ſaluos facere credentes.

Itẽ/ Videtis vocationẽ veſtrã fratres
quod nõ multi ſapientes ſecundũ carnẽ
etc. Sed ſtulta mundi elegit Deus vt
cõfundat ſapientes. Sic omnes
qui relicto verbo Dei et ſapiẽtia diuina/
ac in articulis fidei propriã rationẽ et ſa-
piẽtiam ſequũtur/ amittũt verã cogni-
tionẽ Dei/ ruunt in tenebras denſiſſi-
mas/ et fiunt magis cæci quã talpæ.
Hoc modo excæcati fuerũt omnes Hæ-
retici a cõdito mũdo/ excogitãtes ac de-
fendẽtes falſa dogmata contra expre-
ſſum verbũ Dei. Quales fuerunt Arrius
Pelegius/ Anabaptiſtæ/ Sacramẽta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

xii/ Antinomi etc. Eſt enim ſapientia humana ſtultitia coram Deo.

Tertia eſt cõtemptus et odium Diuinæ veritatis / ac confidentia propriæ ſanctitatis / et proprioꝝ meritoꝝ in cauſſa ſalutis. Luc: 18. Non ſum ſicut cæteri homines etc.

De illa cauſſa loquitur Paul: 2. Theſſa: 2. Pro eo quod noluerunt credere veritati vt ſalui fierent / mittet illis Deus efficacem errorem / vt credant mendacio.

Si contẽpſeris audire vocẽ Domini Dei tui percutiet te Domin⁹ cæcitate et furore mentis etc. Idem ait Chriſtus de Iudæis. Si non veniſſẽ et non locutus fuiſſem eis peccatũ non haberent / Item / Si opera nõ feciſſem in eis / quæ ali⁹ non feciſſet / peccatũ non haberent / nunc autẽ ꝗ viderũt / et oderũt me et Patrem meũ. Tale odiũ ex profeſſo oſtendũt Ioan: 8. Nonne be-

Deut: 18.

Ioan: 15.

ne dicimus nos quod Samaritanꝰ tu
es et dæmoniū habes. Hoc horrendum
Mar: peccatū dānat ipſe Chriſtꝰ/ inquiens/
3. Qui blaſphæmauerit ſpiritū Sanctū/
nō habebit remiſſionē in æternū/ ſed
reus erit æterni delicti / quoniā dice-
bant / ſpiritū immundū habet.

Horrendū eſt/ quod homo a Deo con-
ditus eo dementia perueniat/ vt im-
placabili odio perſequatur verbum
Dei / et ipſum Deū/ et reiecto ac ſpre-
to filio Dei/ aliis modis ac mediis
ſaluari velit. Hoc modo quoqꝫ multi
hodie ex Papiſtaꝝ numero ſunt ſibiip-
ſis cauſſa ſuæ æternæ cœcitatis ac per-
ditionis/ quod etiamſi veritatē audiāt
legūt/ et nouerunt/ tamen ingenti odio
incenduntur aduerſus veritatē / et Ty-
rannos ad eam perſequēdā et ſupprimē-
dam magno furore incitant.

Quarta cauſſa excæcationis et per-
ditionis maximæ partis humani gene-
ris

ris eſt ipſe Sathan hoſtis Dei et ho-
minū, mille artifex, et parens omniū
maloꝝ, qui ſua aſtutia variis modis,
corda hominū a lumine verbi Dei a-
uocat et abducit, ac in locū veritatis
ſua mendacia ſub ſpecie veritatis pro-
ponit, quibus quicūqꝫ obtemperat ru-
it in tenebras et cœcitatem, ac in æter-
nū perit, niſi acta poenitentia, ex gra-
tia Dei, reductus fuerit.

Hanc Sathanæ calliditatē clare
videre licet in primoꝝ parētum tentati-
one, quos a veritate ad ſuū mendaciū
abduxit, cui quia parebant, ruebant
cum tota poſteritate in tenebras coe-
citatē et mortē Gen: 3. Conabatur
enim primū in ipſorum cordibus fa-
cere Deum mendacem inquiens, Ne-
quaquam moriemini, poſtea ſuum
mendacium proponit, inquiens, Scit
enim Dominus ꝙ quacunqꝫ die come-
deritis ex illa arbore aperientur oculi
 veſtri

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

Vnde etc. poſt illud tempus ingentem hominum multitudinē excoecauit/ auferens veritatem diuinam et ſuū mendacium proponens/ quod cum homines amplectuntur/ veritatem et Dei notitiam voluntarie amittunt.

De hac cœcitatis cauſſa loquitur Paul: 2. Cor: 4. Cum ait / Si Euangeliū noſtrum opertum eſt/in iis qui pereūt eſt opertum/in quibus Deꝰ huius ſeculi excoecauit mētes incredulorum/ vt non fulgeat in eis ſplendor Euangelii gloriæ Chriſti. Huc pertinet quod Dominus Luc: 8. ait Diabolum venire et auferre ex cordibus incredulorꝫ verbum p̄dicatum/ne credentes ſalui fiant. Sic maxima & p̄cipua cauſſa cœcitatis eſt ipſe Sathā Pater mendacii/ Si ergo nolueritis excoecari et perire in æternum/fugiatis tanq̄ æternam mortem/doctrinas Demoniorum. Thimo. 4.

Quinta humanæ excœcationis

cauſſa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

cauſſa Deus (tamē improprie) dicitur. vt Rom: 1. Tradidit illos Deus in deſideria cordis ipſoꝝ/ in paſſiones ignominiæ/ in reprobum ſenſum. Item 9. Cap: Indurauit coꝛ Pharaonis. Item Quē vult indurat etc.

Eſa: 6. Dedit illis Deus ſpiritū blaſphœmiæ/ oculos ne videant/ aures ne audeant vſqꝫ in hodiernum diem. Hic audimus etiam ipſum Deum (tamen ſuo iuſto iudicio) eſſe cauſſam excœcationis.

Verum ne exiſtimemus Deum eſſe authorem peccati/aut alicuius hominis damnationis/ diligenter conſiderandum eſt. Primum/ Quomodo Deus nō ſit cauſſa excœcationis et damnationis. Secundo/ Quomodo cauſſa dici poteſt etc.

Primū itaqꝫ ſciendū eſt Deum nequaq̄ eſſe cauſſam aut authorē hoꝝ maloꝝ/ quia iam recitaui/ quæ per ſe ſūt cauſſa excœcatiōis/ in Diabolis & Ho-

minibus / Ut eſt peruerſa malitia / ignorantia Dei / propria ſapientia et fiducia meritoꝝ in cauſſa ſalutis / contempt⁹ et odiū Dei / auerſio a Deo. etc.

Quod nō ſit cauſſa humanæ malitiæ / teſtantur omnes ipſi⁹ Cōciones pœnitentiales / quibus homines a peccatis auocare conatur. Deſinite (inquit) peruerſe agere / Si homo egerit pœnitentiā ſuper malo etc. Deſinite peruerſe agere / Idē teſtātur horribiles pœnæ quibus hūanā malitiā punire ſolet.

Quod non ſit ignorationis ſuæ cauſſa / teſtatur ipſe quod ſe ac ſuam voluntatē non vult abſcōditā eſſe / ſed toti mūdo patefieri. Ite (inquit Chriſtus) in mundū vniuerſū / et ꝑdicate Euāgeliū / vult eni Deus omnes ſaluos fieri / et ad agnitionē ſui peruenire / Ideo et ſuper filium clamauit / Hunc audite.

Quod nō ſit odii aut contēptus ſui cauſſa oſtendit innūerabilibus bene-

ficiis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

ficiis/ quã opulẽter ſuper genus huma-
num effudit/ creauit hominẽ ad ima-
ginẽ ſuam/ & mũdum vniuerſũ cũ om-
nibus creaturis propter ipſum cõdidit/
lapſũ in mortẽ et damnationẽ per com-
pẽſationẽ filii redemit / et indies bene-
facit nobis ſpiritualibus et corporalibꝰ
bonis ac donis/ Et ſuper hac datiuus
eſt credẽtibꝰ in Filiũ vitam æternam.

Cũ igitur tam benignũ ſe oſtẽdit/ nõ
poteſt eſſe ſui odii et contẽptus cauſſa.

Quod non ſit auerſionis hominũ
a ſe author/ indicat / quod omnes etiã
perditiſſimos ad ſe dulciſſimis verbis
inuitat. Johel: 2. Cõuertimini ad
me. Item Ezech: 18. Viuo ego dicit
Dominꝰ / nolo mortẽ peccatoris/
Venite ad me omnes qui laboratis et
onerati eſtis etc.

Nullum enim quãtumuis magnũ
peccatorẽ Deꝰ vnquã a ſe reiecit.

Quod non per ſe efficit cordis ob-
durationẽ/ teſtatur ipſe Ezech: 13. vbi
omnibꝰ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

omnibꝰ ad ſe reuertentibꝰ coꝛ carneum et molle pꝛo duro et lapideo / ſe daturum pꝛomittit.

Quod ipſe Deꝰ non depꝛauat aut defoꝛmat naturã integre ac perfecte a ſe conditã / clare oſtendit / quod dilectum Filiũ miſit, vt naturã collapſam a nouo reſtauraret / et imaginẽ Dei homini reſtitueret / et deſtrueret opera diaboli / Sic audimus Deũ nullꝰ iniquitatis aut damnationis per ſeſe authorem eſſe.

Quomodo ergo dicitur Deus cauſſa excoecatiõis et indurationis ſeu perditionis.

REſpondeo / Quando homines permanent in impœnitentia et peruerſa malitia adhærẽtes ſataya cõtra Deũ / tunc iuſto ſuo iudicio ſuũ ſpiritũ Sanctũ / auxiliũ et gratiam ab eis abſtrahit et ſinit coꝛruere in æternã moꝛ-

tem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

tem et tenebras, qui tenebras magis
quã oblatam lucem amant. Hac (in-
quit Chriſtꝰ) eſt condemnatio mun-
di, quod Lux venit in mundũ etc.
Ideo cũ ſcriptura ait, Deũ indurare
quem vult, nequaquã intelligendũ eſt,
quod aliquẽ ad peccatũ et indurationẽ
impellat et cogat, cũ ſit omnis iniqui-
tatis oſor et vltor, Sed indurare dici-
tur Deus, quando homo ex Dei boni-
tate et patientia, vel ex comminationi-
bus et poenis de die in diem fit perti-
natior in malo, tunc propter ſuam ob-
ſtinatiam et impœnitentiam deſeritur a
Deo in ſua induratione et manet qualis
eſt ſua peruerſa natura, et ſic iuſto iu-
dicio perit. Exemplum habemus in
Pharaone et Juda proditore.

Dominus per Moſen & Aaron
Pharaonẽ admonuit et addidit horren-
das poenas vt pœnitẽtiã ageret, nihilo
tamen reddebatur melior, Sed vt erat,
incorrigibilis mãſit, Neq; Deus quic-

quã omiſit/ quod ad illius correctio-
nẽ faceret/ neqꝫ ipſe Pharao viciſſim
quicquam omiſit/ quod ad ſuam perdi-
tionẽ faceret/ quoniã non vtebatur hac
patiẽtia & admonitione Dei ad reſipi-
ſcẽtiã/ ſed ſeipſũ apparabat ad interitũ
ideo deſertus a Deo mãſit in indurati-
one & iuſte periit/ Judas ſimiliter ſape-
numero a Chriſto paterne admonitꝰ fuit
vt a malo ꝓpoſito deſiſteret/ ſed quia
fruſtra hac in re laborauit/ ideo deſertꝰ
a Chriſto/ permanſit in malitia et iuſte
damnatus eſt. Sic Dei indurare/ eſt
permittere manere in induratione et coe-
citate illũ hominẽ/ de quo nulla reſipi-
ſcendi ſpes eſt/ et ſua dona ab eo auffer-
re/ Sicuti Rex poſſet ſuũ beneficium
auferre cõtumaci p̄fecto/ et hoc modo
ipſum pauperem facere/ ita quoque
Deꝰ hominẽ reluctantẽ ipſi vocanti ad
poenitentiam et ſalutẽ/ punit/ in hoc
quod retrahit ſuam gratiã/ et permit-
tit voluntarie manentem in cœcitate &

perditi-

perditione/ Nam Deꝰ non obtrudit ſu-
am gratiam et beneficia repugnantibꝰ.

At Deus poſſet facile efficere vt impii non ei reſiſterent/ ſed mutare ipſoꝝ corda/ et ad ſe conuertere.

Reſpondeo.

Deus non vult ſemper agere ea quæ poteſt/ nõ vult tollere modum agendi in rebus humanis/ Eſt enim homo cõditꝰ cum libera voluntate/ et poteſt vocanti Deo obtemperare ſi voluerit etc. Cogita te eſſe hominẽ et obedientiam creatori debere/ alligauit ſe ſuo verbo cui te obtemperare oportet.

At non poſſũ habere gratiã ei obediendi/ ſine ipſius gratia/ Concedo/ Deus autem libenter donaret tibi ſuam
gratiã/ ſi non reluctareris. Quãto ma- Luc:
gis dabit ſpiritum ſanctum petẽtibus/ 11.
Culpa igitur nõ eſt Dei/ quod hõines ei non obtemperãt/ ſed reproboꝝ homi-

num

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

Maatth: 23. mi eſt. Perditio tua ex te eſt O Iſra-
el/quoties) inquit Chriſtus) ad Hieru-
ſalem volui congregare te ſicut
galina pullos ſuos & no-
luiſti / Item Duri
ceruice. Actor 7.

Ita habemus iam 5. pcipuas cauſſas
humanæ cæcitatis & incurationis & tã-
tum ſimpliciter de prædeſtinatione.
Haffniæ altera die poſt Ioan:
Baptiſtæ Anno 1 5 3 4.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)

544.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 544 8° (LN 1247)